

**OPERE**

di

*Publio Papinio Stazio*

A CURA DI

ANTONIO TRAGLIA e GIUSEPPE ARICÒ

**UNIONE TIPOGRAFICO-EDITRICE TORINESE**

- 225 exitus incertum, quibus instet fulmen ab astris,  
 quae nubes fatale sonet. Nil flecteris istis?  
 Sed flectere libens. Ades huc emissus ab atro  
 limine, cui soli cuncta impetrare facultas,  
 Glaucia, <si> insontes animas nec portitor arcet  
 230 nec durae comes illa ferae: tu pectora mulce,  
 tu prohibe manare genas noctesque beatas  
 dulcibus alloquiis et vivis vultibus imple,  
 et periisse nega, desolatamque sororem,  
 qui potes, et miseros perge insinuare parentes.

## II

## VILLA SURRENTINA POLLII FELICIS

- Est inter notos Sirenum nomine muros  
 saxaque Tyrrhenae templis onerata Minervae  
 celsa Dicarchei speculatrix villa profundi,  
 qua Bromio dilectus ager, collesque per altos  
 5 uritur et prelis non invidet uva Falernis.  
 Huc me post patrii laetum quinquennia lustris,  
 cum stadio iam pigra quies canusque sederet  
 pulvis, ad Ambracias conversa gymnade frondes,  
 trans gentile fretum placidi facundia Polli  
 10 detulit et nitidae iuvenilis gratia Pollae,

230. Con *illa* è probabilmente indicata la Furia, la *soror* di cui al v. 185, secondo quanto già vide il Klotz, che emendò in *illa* la lezione *ille* di M (cfr. *Nota al Testo, ad l.*).

233. Glaucia aveva una sorella: erano i soli figli dei *miseri parentes*.

2, 1. Infondato il tentativo etimologico di Sorrento in connessione con Sirene, per cui cfr. PLIN., *N. h.*, III, 62.

2. La dea Minerva ha qui il titolo di Tirrena, in quanto Sorrento era considerata città tirrena, e non è improbabile che ciò contenga il ricordo di un'antica signoria etrusca sulla città.

3. Il mare di Sorrento è chiamato dicarcho (o dicearcho) con allusione a Dicearco, il colonizzatore greco della regione.

flectere iam cupidum gressus, qua limite noto  
Appia longarum teritur regina viarum.

Sed iuvere morae. Placido lunata recessu  
hinc atque hinc curvas perrumpunt aequora rupes.

- 15 Dat natura locum montique intervenit unum  
litus et in terras scopulis pendentibus exit.  
Gratia prima loci, gemina testudine fumant  
balnea, et e terris occurrit dulcis amaro  
nympha mari. Levis hic Phorci chorus udaeque crines
- 20 Cymodoce viridisque cupit Galatea lavari.  
Ante domum tumidae moderator caeruleus und(a)e  
excubat, innocui custos laris; huius amico  
spumant templa salo. Felicia rura tuetur  
Alcides; gaudet gemino sub numine portus:
- 25 hic servat terras, hic saevis fluctibus obstat.  
Mira quies pelagi: ponunt hic lassa furorem  
aequora, et insani spirant clementius austri;  
hic praeceps minus audet hiems, nulloque tumultu  
stagna modesta iacent dominique imitantia mores.
- 30 Inde per obliquas erepit porticus arces,  
urbis opus, longoque domat saxa aspera dorso.  
Qua prius obscuro permixti pulvere soles  
et feritas inamoena viae, nunc ire voluptas,  
qualis, si subeas Ephyres Baccheidos altum
- 35 culmen, ab Inoo fert semita tecta Lyaeo.  
Non, mihi si cunctos Helicon indulgeat amnes  
et superet Piplea sitim largeque volantis

11. Arrivato a Capua attraverso Atella, o a Suessula (l'attuale Cancello) attraverso Acerra, Stazio poteva imboccare la Via Appia, che lo conduceva a Roma.

17. *Gemina*, perché due sono i *caldaria*, uno di acqua di mare e uno di acqua dolce.

19-20. Forco era un dio marino, Cymodoce una nereide o ninfa, come Galatea.

21. Un tempio in onore di Nettuno sorgeva sulla spiaggia, forse davanti a un padiglione staccato dal complesso centrale della villa.

34. Efire è il nome antico di Corinto, preso da quello della ninfa Efire, che secondo la leggenda avrebbe fondato la città. L'aggettivo *Baccheis* allude all'arcegeta delle Baccanti che fu il terzo o il quinto re di Corinto e in genere al carattere di città sacra a Bacco che essa aveva.

35. Che nel santuario acrocorinzio di Bacco (Lico) si praticasse anche il culto di Ino, la sorella di Semelè che si occupò di allevare il dio, non è cosa improbabile. Ma non è da escludere che l'agg. *Inoo*, riferito a Lico, non voglia

- ungula sedet equi reseretque arcana pudicos  
 Phemonoe fontes vel quos meus auspice Phoebō  
 40 altius immersa turbavit Pollius urna,  
 innumeras valeam species cultusque locorum  
 Pieriis aequare modis. Vix ordine longo  
 suffecere oculi, vix, dum per singula ducor,  
 suffecere gradus. Quae rerum turba! Locine  
 45 ingenium an domini mirer prius? Haec domus ortus  
 aspicit et Phoebi tenerum iubar; illa cadentem  
 detinet exactamque negat dimittere lucem,  
 cum iam fessa dies et in aequora montis opaci  
 umbra cadit vitreoque natant praetoria ponto.  
 50 Haec pelagi clamore fremunt, haec tecta sonoros  
 ignorant fluctus terraeque silentia malunt.  
 His favit natura locis, hic victa colenti  
 cessit et ignotos docilis mansuevit in usus.  
 Mons erat hic, ubi plana vides; et lustra fuerunt,  
 55 quae nunc tecta subis; ubi nunc nemora ardua cernis,  
 hic nec terra fuit: domuit possessor, et illum  
 formantem rupes expugnantemque secuta  
 gaudet humus. Nunc cerne iugum discentia saxa  
 intrantemque domos iussumque recedere montem.  
 60 Iam Methymnaei vatis manus et chelys una  
 Thebais et Getici cedat tibi gloria plectri:  
 et tu saxa moves, et te nemora alta sequuntur.  
 Quid referam veteres ceraeque aerisque figuras,  
 si quid Apellei gaudent animasse colores,  
 65 si quid adhuc vacua tamen admirabile Pisa  
 Phidiacae rasere manus, quod ab arte Myronis  
 aut Polycliteo iussum est quod vivere caelo,  
 aeraque ab Isthmiacis auro potiora favillis,  
 ora ducum ac vatū sapientumque ora priorum,

tentativo etimologico in *Piplea* (dal gr. *πίπλημι*, *pimplemi*, « riempio », « sazio ») in *ungula equi* (dal gr. *ἵπποκρήνη* = *equi fons*), in *Castalia*, nome che viene connesso con *castus* nell'espressione *pudicos... fontes*, e in *Femonoe*, « che ha in mente i vaticini » (di suo padre Apollo), epperò è detta *arcana*. L'accenno alle fonti cui si sarebbe ispirato Pollio è un complimento del Poeta al suo ospite, alla cui attività poetica egli qui allude.

60. Il vate di Metimna è Arione; la lira tebana è quella di Anfione, che col suo suono fece crescere le mura di Tebe; il plectro getico è quello di Orfeo.

- 70 quos tibi cura sequi, quos toto pectore sentis  
expers curarum atque animum virtute quieta  
compositus semperque tuus?

Quid mille revolvam  
culmina visendique vices? Sua cuique voluptas  
atque omni proprium thalamo mare, transque iacentem

- 75 Nerea diversis servit sua terra fenestris:  
haec videt Inarimen, illinc Prochyta aspera paret;  
armiger hac magni patet Hectoris, inde malignum  
aera respirat pelago circumflua Nesis;  
inde vagis omen felix Euploea carinis,  
80 quaeque ferit curvos exerta Megalia fluctus;  
angitur et domino contra recubante proculque  
Surrentina tuus spectat praetoria Limon.  
Una tamen cunctis, procul eminent una di<a>etis,  
quae tibi Parthenopen directo limite ponti  
85 ingerit: hic Grais penitus delecta metallis  
saxa; quod Eoae respergit vena Syenes,  
Synnade quod m<a>esta Phrygiae fodere secures  
per Cybeles lugentis agros, ubi marmore picto  
candida purpureo distinguitur area gyro;  
90 hic et Amycl<a>ei caesum de monte Lycurgi  
quod viret et molles imitatur rupibus herbas,  
hic Nomadum lucent flaventia saxa Thasosque  
et Chios et gaudens fluctus spectare Carystos:  
omnia Chalcidicas turres obversa salutant.  
95 Macte animo, quod Graia probas, quod Graia frequentas

76. Inarime è Ischia, l'*Aenaria* dei Romani. Ma il termine Inarime è ripreso da OMERO, *Il.*, II, 783. Secondo una glossa di Esichio questo nome vorrebbe dire « monte delle scimmie », senso che è rimasto nell'altro nome greco dell'isola *Pithecosa*.

77. Miseno, entrato poi nella leggenda di Enea. Qui indica appunto il Capo Miseno, così chiamato dall'eroe troiano che lì trovò la morte.

78. *Nesis* è la piccola isola di Nisida. È probabile anche qui un tentativo etimologico, dal gr. νῆσος (*nésos*), « isola », *circumflua pelago*. Si tratta di un cratere rotondo, emergente dal mare, che emetteva esalazioni mefitiche. Si avverta il senso passivo di *circumfluus*.

79. Il culto di Venere Euploea, protettrice della navigazione, forse di origine fenicia, era localizzato sul promontorio su cui sorgeva Palepoli (ma il suo nome primitivo era Partenope), sostituita poi dalla città nuova, *Neapolis*, Napoli. Essa sorgeva sull'attuale Pizzo Falcone.

80. *Megalia* è *Megaris* (cfr. PLIN., *N. h.*, III, 82), la cui ubicazione è identificata con la zona di Castel dell'Uovo.

arva, nec inuideant quae te genuere Dicarchi  
moenia: nos docto melius potiemur alumno.

Quid nunc ruris opes pontoque novalia dicam  
iniecta et madidas Baccheo nectare rupes?

100 Saepe per autumnum iam pubescente Ly<a>eo  
conscendit scopulos noctisque occulta sub umbra  
palmite maturo rorantia lumina tersit  
Nereis et dulces rapuit de collibus uvas.

Saepe et vicino sparsa est vindemia fluctu,  
105 et Satyri cecidere vadis, nudamque per undas  
Dorida montani cupierunt prendere Panes.

Sis felix, tellus, dominis ambobus in annos  
Mygdonii Pyliique senis nec nobile mutas  
servitium, nec te cultu Tirynthia vincat  
110 aula Dicarcheique sinus, nec saepius isti  
blanda Therapnaei placent vineta Gal<a>esi.

Hic ubi Pierias exercet Pollius artes,  
seu volvit monitus, quos dat Gargettius auctor,  
seu nostram quatit ille chelyn, seu dissona neccit  
115 carmina, sive minax ultorem stringit iambron,  
hinc levis e scopulis meliora ad carmina Siren  
advolat, hinc motis audit Tritonia cristis.  
Tunc rapidi ponunt flatus, maria ipsa vetantur  
obstrepere, emergunt pelago doctamque trahuntur  
120 ad chelyn et blandi scopulis delphines aderrant.

Vive, Midae gazis et Lydo ditior auro,  
Troica et Euphratae supra diademata felix,  
quem non ambigui fasces, non mobile vulgus,

96. Cioè Pozzuoli, dove è nato Pollio.

97. Intendi: noi napoletani, come era appunto Stazio e come era, d'adozione, lo stesso Pollio.

106. Doris, al singolare, una ninfa per tutte, come *Panes* al plurale, per indicare quelle divinità, mezzo dèi e mezzo uomini, come *Pan*. Per il plurale, del resto, cfr. *CAT.*, 3, 1: *Lugete o Veneres Cupidinesque*.

107. In *felix* c'è il richiamo della *Campania felix*, ma anche quello di *Pollius Felix*.

108. Intendi Titono e Nestore: l'uno migdonio, cioè lidio o frigio, l'altro di Pilo; il primo, divenuto immortale, ma senza conservare la giovinezza, epperò eternamente vecchio; l'altro, arrivato sino a tarda età. Si tratta di un motivo toccato di frequente nelle *Selve* (cfr. I, 4, 125).

- non leges, non castra tenent, qui pectore magno  
 125 spemque metumque domas voto sublimior omni,  
 exemptus fatis indignantemque refellens  
 Fortunam; dubio quem non in turbine rerum  
 deprendet suprema dies, sed abire paratum  
 ac plenum vita. Nos, vilis turba, caducis  
 130 deservire bonis semperque optare parati,  
 spargimur in casus: celsa tu mentis ab arce  
 despicias errantes humanaque gaudia rides.  
 Tempus erat, cum te geminae suffragia terrae  
 diriperent celsusque duas veherere per urbes,  
 135 inde Dicarcheis multum venerande colonis,  
 hinc adscite meis, pariterque his largus et illis  
 ac iuvenile calens plectrique errore superbus.  
 At nunc discussa rerum caligine verum  
 aspicias. Illo alii rursus iactantur in alto,  
 140 et tua securos portus placidamque quietem  
 intravit non quassa ratis. Sic perge nec umquam  
 142 emeritam in nostras puppem dimitte procellas.  
 147 Tuque, nurus inter longe \* \* \* \* \*  
 \* \* \* \* \* praecordia curae,  
 non frontem vertere minae, sed candida semper  
 gaudia et in vultu curarum ignara voluptas;  
 150 non tibi sepositas infelix strangulat arca  
 divitias avidique animum dispendia torquent  
 feneratoris: expositi census et docta fruendi  
 temperies. Non ulla deo meliore coh(a)erent  
 154 pectora, non alias docuit Concordia mentes.  
 143 Discite securi, quorum de pectore mixtae  
 in longum coiere faces sanctusque pudicae

133. Pozzuoli e Napoli (la prima, sua città natale; la seconda, sua città di adozione) lo reclamavano come proprio figlio. Il motivo ritorna anche in V, 3, 124 seg. a proposito del padre del Poeta.

134. *Celsus* perché insignito di cariche municipali.

136. *Meis* sono i concittadini del poeta, cioè i napoletani.

137. Cosa significhi *plectri errore* non è chiaro. Il Vollmer pensa che il giovane Pollio andasse girando di agone in agone a recitare le sue poesie, il Klotz ritiene che si tratti di vero *error*, in quanto Pollio nell'ardore della sua giovinezza aveva trattato di poesia d'amore e aveva scritto *nugae* e versi leggeri poco conformi a quella saggezza di cui ora faceva professione e i cui precetti costituivano forse, come pensano Frère-Izaac, l'oggetto della sua poesia

servat amicitiae leges amor. Ite per annos  
146 saeculaque et priscae titulos praecedite famae.

## III

## ARBOR ATEDII MELIORIS

Stat, quae perspicuas nitidi Melioris opacet  
arbor aquas complexa lacus, quae robore ab imo  
incurvata vadis redit inde cacumine recto  
ardua, ceu mediis iterum nascatur ab undis  
5 atque habitet vitreum tacitis radicibus amnem.  
Quid Phoebum tam parva rogem? Vos dicite causas,  
Naides, et faciles, satis est, date carmina Fauni.  
Nympharum tenerae fugiebant Pana catervae;  
ille quidem it, cunctas tamquam velit, et tamen unam  
10 in Pholoen. Silvis haec fluminibusque sequentis  
nunc hirtos gressus, nunc improba cornua vitat.  
Iamque et belligerum Iani nemus atraque Caci  
rura Quirinalesque fuga suspensa per agros  
C<a>elica tesca subit; ibi demum victa labore,  
15 fessa metu, qua nunc placidi Melioris aperti  
stant sine fraude lares, flavos collegit amictus  
artius et niveae posuit se margine ripae.  
Insequitur velox pecorum deus et sua credit  
conubia; ardenti iamiam suspiria librat  
20 pectore, iam praedae levis imminet. Ecce citatos  
advertit Diana gradus, dum per iuga septem  
errat Aventin<a>eque legit vestigia cervae.  
P<a>enituit vidisse deam, conversaque fidas  
ad comites: « Numquamne avidis arcebo rapinis  
25 hoc petulans foedumque pecus, semperque pudici  
decrescet mihi turba chori? » Sic deinde locuta

3, 6. *Causas* rende il greco *aitlas* (*aittas*). È infatti, questa selva, un esempio di poesia eziologica. Ma come spesso nelle *Selve*, il Poeta anche qui riunisce più di un genere letterario, perché si tratta, qui, di un componimento che è anche un encomio e un *genethliakon* (cfr. vv. 62 segg.).

12. Il bosco di Giano era all'estremità dell'*Argiletum*, ai piedi del Campidoglio; i campi di Caco sull'Aventino; ma la Ninfa fuggè ancora sul Quirinale